

2015 NJCL Latin ½ and 1 Reading Comprehension Test

All the passages on which this test is based are printed on the LAST sheet (page 5) of this test. If you like, you may tear it off now so that you may refer to it more easily while you answer the questions.

The questions begin on the back of this sheet (page 2).

Passage 1 — Mettius Curtius cōsiliū capit

1. ubi Romae terra ōlim discessit?
A. in Campō Martiō B. in Capitōliō C. in Forō Rōmānō D. in flūmine Tiberīnō
2. quālis hiātus appāruit?
A. parvulus B. magnus C. brevis D. pulcher
3. quid cīvēs Rōmānī contrā fēcērunt?
A. in hiātum dēsiliuērunt C. Romā discessērunt
B. ad montēs rēs pretiōsās portāvērunt D. saxa in hiātum pōsuērunt
4. quid, postquam Rōmānī hiātum explēre temptāvērunt, accidit?
A. hiātus cōtidiē crescēbat C. deī Rōmāni alteram calamitātem mīsērunt
B. hiātus explētus est D. alter hiātus appāruit
5. quid cīvēs crēdebant ubi hiātus nullō modō explēbātur?
A. deī erant laetī C. Roma caput mundī erat
B. Roma erat cāra deīs D. deī calamitātem Romae parābant
6. cūr Rōmānī ōrāculum ē Librīs Sibyllīnīs petīvērunt?
A. quod legere amābant C. quod Mettius Curtius hoc iussit
B. quod mentem deōrum intellegere volēbant D. quod sacerdotēs amīcī erant
7. quāle respōnsū sacerdotēs cīvibus nūntiāvērunt?
A. clārum B. īrātum C. mīrābile D. longissimum
8. quid facere, ut sacerdotēs dīxērunt, necesse erat Rōmānīs?
A. hiātum rēbus pretiōsissimīs explēre C. gemmās ad alteram urbem cōferre
B. Romā discēdere D. templum in hiātū aedificāre
9. quid Rōmānī in hiātum prīmō **nōn** dēiēcērunt?
A. aurum B. gemmās C. vīnum D. argentum
10. explēvēruntne hiātum haec rēs?
A. paulīspēr B. postrēmō C. minimē D. certē
11. quis erat Mettius Curtius?
A. sacerdos Sibyllae B. senex Rōmānus C. pater sacerdotis D. eques Rōmānus
12. quid Mettius Curtius dīxit Rōmānīs in summō honōre habēre?
A. iuvenēs Rōmānīs B. aurum et argentum C. librōs D. deōs
13. quid Mettius Curtius, postquam Rōmānīs rem explicāvit, fēcit?
A. templum ornāvit B. equum liberāvit C. in marē dēsilit D. in hiātum equitāvit
14. quid Mettius in corpore gerēbat?
A. nihil B. arma splendida C. modō tunicam D. corōnam rōsārum
15. quid accidit postquam Mettius in hiātum dēsilit?
A. Mettius in caelō appāruit C. Rōmānī ab urbe discessērunt
B. statim hiātus explētus est D. cīvēs Mettium laudāvērunt

Passage 2 — Iuppiter deōs omnēs convocat et nuptiās pronūntiat

16. quem Iuppiter mittit quī deōs deāsque convocet?
A. patrem Mercuriī B. deōs omnēs C. Mercurium D. nēminem
17. quō modō Iuppiter omnēs deōs cōgunt?
A. eīs pecūniā dat B. praemium offert C. verba benigna dīcit D. poenam praepōnit
18. ubi nōmina deōrum scrīpta sunt?
A. prō sēde sublīmī B. in caelō C. in librō Mūsārum D. in theātrō caelestī
19. quis est “adolēscēns ille” quem Iuppiter ēdūcāvit?
A. Mars B. Iuppiter ipse C. Mercurius D. Cupīdō
20. cūr adolēscēns ille malefacta faciēbat?
A. quod Venus erat trīstis C. quod ille erat fidēlis
B. quod ille erat iuvenis D. quod Iuppiter eum bene fēcērat

21. quid adulteria efficiēbant?
 A. multōs liberōs B. fābulās laetās C. fāmam malam D. invidiam
22. quō Iuppiter malefacta adulēscētis prohibēre in animō habet?
 A. nūptiīs B. luxuriā C. manibus suīs D. fābulīs cōtidiānīs
23. quis est puella quam ille iuvenis virginitāte prīvāvit?
 A. māter B. soror C. Psychē D. Venus
24. cūr Venus hōc mātimoniō nōn gaudet?
 A. quod filius modō puer est C. quod filius mortālem in mātimoniū ducit
 B. Venus avia esse nōn cūpit D. quod trīstis semper est
25. quālēs nūptiās cōstituit Iuppiter?
 A. aequās B. virginālēs C. illegitimās D. brēvēs
26. quis nūptam ad Olympum ducit?
 A. Iuppiter B. Venus C. Ganymede D. Mercurius
27. quid accidet ubi Psychē pōculum hauserit?
 A. nūpta moriētur B. nūpta immortalis erit C. nūpta discēdet D. nūpta obdormiet

Passage 3 — dē spectāculīs

27. quālēs lūdī māximē Rōmānōs dēlectābant?
 A. mūnera B. scaenicī C. circēnsēs D. lātrunculōrum
28. quōrum fūnera hīs lūdīs celebrābantur?
 A. aurigārum B. virōrum ēgregiōrum C. omnium cōsulum D. plēbis
29. quāndō hī lūdī incipiunt?
 A. ūndecimā hōrā C. prīma lūce
 B. paulō ante lūcem D. multō post prīmam lūcem
30. cūr populus ad locum lūdōrum māne contendēbat?
 A. quod sedīlia optima invenīre volēbat C. quod cōsul imperāvit
 B. quod initium pompae vidēre volēbat D. quod diēs cōstitūta erat
31. quot sedīlia populus complēre solēbat?
 A. pauca B. complūria C. plūrima D. omnia
32. quid initium lūdōrum significāvit?
 A. tubae sonuērunt C. cōsul cōsēdit
 B. equī carcerēs intrāvērunt D. pompa ē portā exiit
33. quis pompam ducēbat?
 A. equus albus B. aurīga optimus C. puer parvus D. cōsul
34. quō initium certāminis indicātum est?
 A. portā claudendā B. mappā dēmittendā C. clāmōre D. tubā quater sonandā
35. quot equī quemque currum trāxērunt?
 A. quattuor B. duo C. sēdecim D. ūnus
36. quō agitātor sē crēvit?
 A. fōrmā currūs B. nūmerō equōrum C. colōre vestis D. nōmine equōrum
37. quid agitātōrēs fēcērunt ut equōs incitārent?
 A. plausērunt B. fremuērunt C. equōs verberāvērunt D. post equōs cucurrērunt
38. quid accipit ille quī prīmus trāns lineam trānsit?
 A. tunicam albam B. corōnam auream C. frondēs plēnae D. praemium magnum

Passage 4 — mors Aemilii Paulli

39. quis erat Aemilius Paullus?
 A. amīcus Hannibālis B. mīles glōriōsus C. cōsul Rōmānus D. contubernālis Lentulī

40. quō modō Paullus vulnerātus erat?
 A. leviter B. haudquāquam malē
 C. graviter D. magnā cum cūrā
41. quō modō Paullus fortitudinem dēmōstrābat?
 A. saepe contrā Hannibālem ipsum pugnābat
 B. hōstes tēlīs vulnerābat
 C. in campō apertō sine armīs currēbat
 D. cōnsulem prōtegēbat
42. quid Paullus in complūribus locīs faciēbat ?
 A. bellum vītābat B. ē perīculō fugiēbat
 C. saepe latēbat D. bellum committēbat
43. quid faciēbat Lentulus ubi Paullum vīdit?
 A. ēx hoste fugiēbat B. equitābat
 C. proelium renovābat D. Romam redībat
44. quid faciēbat Paullus ubi Lentulus appropīnquāvit?
 A. corpus lavābat B. hostem vulnerābat
 C. ē proeliō fugiēbat D. in saxō sedēbat
45. quis/quid erat sanguine perfūsus/-um?
 A. Lentulus B. equus
 C. Paullus D. saxum
46. quid tribūnus iubēbat Paullum facere?
 A. equum prōtegere
 B. sēcum ē proeliō ūnā equitāre
 C. usque ad mortem pugnāre
 D. cōnsulem necāre
47. cūr tribūnus crēdēbat hoc cōnsilium esse optimū?
 A. quod Paullus satis vīrium habēbat
 B. quod hostēs discesserant
 C. quod Paullus Lentulum prōtegere poterat
 D. quod equus erat mortuus
48. quid Paullus contrā iubet?
 A. ēx urbe fugere B. hostēs firmāre
 C. Romam servāre D. victōribus cēdere
49. quid fēcērunt hostēs dum Paullus haec dīcit?
 A. equum interfēcērunt B. eum interfēcērunt
 C. fūgērunt D. tēla dēpōsuērunt
50. quid tribūnō accidit?
 A. hostēs equum eius cēpērunt
 B. tribūnus effūgit
 C. tribūnus necātus est
 D. equus eum calcāvit

Passage 1 — Mettius Curtius cōnsilium capit

ōlim in Forō Rōmānō terra discessit, et hiātus lātus altusque appāruit. cīvēs omnēs saxa plūrima in hiātum dēiēcērunt; hiātus autem nūllō modō explēbātur, sed in diēs crescēbat. tum cīvēs perterritī, “sine dubiō,” inquit, “dī immortalēs summam calamitātem Rōmae praedicunt.” itaque Rōmānī ē Librīs Sibyllīnīs ōrāculum petīvērunt. ē Librīs Sibyllīnīs sacerdotēs respōnsum mīrum cīvibus nūntiāvērunt. “numquam,” inquit, “hiātus in Forō Rōmānō explēbitur, nisi eō omnium rērum pretiōsissimam Rōmānī dēiēcērint.” cīvēs igitur ad Forum aurum, argentum, gemmās contulērunt, et in hiātum dēiēcērunt. nihilōmagis autem hiātus explētus est. tum Mettius Curtius, eques Rōmānus, “ūna rēs,” exclāmāvit, “Rōmānīs est pretiōsior quam aliae omnēs. nec aurum nec argentum, sed iuvenēs Rōmānōs, arma Rōmāna, in summō honōre habēmus. Ego iuvenem Rōmānum et arma Rōmāna dīs mānibus dēdicō.” tum armīs splendidīs ornātus, equum incitāvit et in hiātum dēsiluit. statim hiātus explētus est, nec postea iterum terra discessit.

Passage 2 — Iuppiter deōs omnēs convocat et nuptiās pronūntiat

ōlim Iuppiter iubet Mercurium deōs omnēs ad Olympum convocāre, et sī ullī deī āfuerint, poenās multae pecūniae dabunt. statim deī deaeque in theātrō caelestī convēnērunt. Iuppiter prō sēde sublīmī sedēns sīc ēnūntiat: ‘Deī in librō Mūsārum cōnscrīptī, vōs omnēs scītis illum adolēscentem quem ego solus ēdūcāvī. necesse est mihi, quod ille est iuvenis, malefacta coercere; fābulae cōtidiānae dē adulteriīs fāmam illīus corrumpunt. luxuria iuvenis mātrimōniō prohibenda est. iuvenis puellam ēlēgit et eam virginitāte dēprīvāvit: licet illī Psychen semper suīs amōribus tenēre.’ Iuppiter statim ad Venerem sē convertit, ‘et tū,’ inquit, ‘fīlia, nōlī lacrimāre quod ille mortālem in mātrimōnium ducit. faciam nuptiās nōn imparēs, sed lēgitimās et iūre cīvīlī congruās.’ et statim Mercurium Psychen in caelum dūcere iubet. deinde pōculum ambrosiae puellae offert, ‘bibe,’ inquit, ‘ō Psychē, nunc es immortalis! Cupidō numquam ā tē discēdet. sed vōbīs erunt perpetuae nūptiae.’

Passage 3 — dē spectāculīs

ex omnibus spectāculīs, lūdīs Circēnsibus Rōmānī māximē dēlectābantur. etiam fūnera virōrum praeclārōrum hīs lūdīs celebrābantur. diē cōnstitūtā prīmā lūce turba plēbis ad Circum properābat ut sedīlia occupārent. multō ante tempus spectāculī omne sedīle tenēbatur. tandem sonus tubārum exaudītur et mox māgnifica pompa, cōnsule dūcente, portam intrat. dēnique, omnibus rēbus parātīs, cōnsul mappam dēmittit, et statim ex carceribus quattuor quadrīgae ēmittuntur. Aurīgae in currū stantēs vehuntur et colōre vestis et currūs facile discernuntur. identidem fervidīs rotīs per spīnam contendunt. dēnique ūltimum spatium ad carcerēs dēcurrunt. aurīgae prōnī vōce verbereque equōs concitant. plausū fremitūque secundō trāns lineam albam volant et vīctor amplum praemium accipit.

Passage 4 — mors Aemilii Paulli

cōnsul Aemilius Paullus, quamquam graviter vulnerātus erat, tamen et concurrat saepe cum Hannibāle et multīs locīs proelium renovat. deinde Cn. Lentulus, tribūnus mīlitum, cum equō praetervectus cōnsulem in saxō sanguine perfūsum sedentem vīdit, ‘L. Aemilī,’ inquit, ‘cape hunc equum, dum et tibi vīrēs manent et ego tē tollere et prōtegere possum! nōlī hanc pugnam morte cōnsulis fūnestam facere!’ ad ea cōnsul “ābī, Cn. Cornēlī, nūntiā senātuī ut urbem Rōmānām mūniant ac, priusquam hostis victor adveniat, praesidiīs firment!” cōnsulem haec dīcentem hostēs tēlīs obruērunt; Lentulum abripuit equus.